Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ac principes syrie scilicet et mesopotamie
et syrie sobal. et libie atque cilicie qui ve-
nientes ad holofernem dixerunt. Desinat
indignatio tua circa nos. melius est enim ut
viventes serviamus nabuchodonosor re-
gi magno et subditi simus tibi. quam morien-
tes cum interitu nostro ipsi servitutis nostre damp-
O mnis Lc. iiij. na patiamur. Tu.
civitas nostra omnisque possessio. omnes
montes et colles campi. armenta boum.
greges ovium caprarum equorum camelorum.
et universe facultates nostre ac familie in
conspectu tuo sunt. sicut omnia sub lege tua. nos
etiam filii nostri servi tui sumus. Veni nobis
pacificus dominus et utere serviciis nostris
sicut placuerit tibi. Tu. Holofernes
igitur descendit de montibus cum equitibus in vir-
tute magna. et obtinuit omnem civitatem
et omnes inhabitantes terram. De universis
autem urbibus assumpsit sibi auxiliarios
viros fortes electos ad bellum. Tantusque